



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regula Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

Gregorius Papa XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

GREGORIUS

PAPA XIII.

In Breui dato die XIII. Aprilis 1578.

Nos Constitutiones, Ordinationes, & Statuta quacunq̃, seu aliàs quomodo- libet edita, innouata, emendata, addita, immutata, & reformatata, cum omnibus quibusuis inde pro tempore secutis, Apostolica auctoritate, tenore presentium & certa scientia confirmamus & approbamus, illisque perpetuae & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, suppletentes omnes & singulos iuris & facti, ac omnium solennitatum quantumuis etiam substantialium defectus, qui in eisdem quomodolibet interuenerunt; illaque valida, & efficacia fore ac esse, & suos plenarios effectus sortiri debere: nec non omnes & singulos quos concernunt ad illorum obseruationem perpetuo teneri decernimus. Non obstantibus quibusuis Apostolicis Constitutionibus & Ordinationibus: nec non Ordinis & Congregationis Casinensis, aliàs S. Iustinae, statutis, vsibus, naturis, & cōsuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis: Priuilegiis quoq̃, indultis, ac litteris Apostolicis: etiam predecessorum nostrorum huiusmodi in contrarium quomodolibet sub quibusuis verborum formis, etiã iteratis vicibus cōcessis, approbatis, & innouatis: Quibus omnibus, & singulis illorū tenores pro plenè & sufficienter expressis habentes, latissimè derogamus, & ceteris contrariis quibuscunque.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris Die 13. April. 1578. Pontificatus nostri, An. VII.

CÆSAR GLORIERIVS.

AD.